


notam aliquam insignem, cadente interim perpendiculo super lineam zodiaci, Deinde eo progressus simili modo signum notabile obseruabis in alio monte, & sic deinceps, tantisper dum ex aliqua eiusmodi nota urbem conspicias aut arcem. Et tunc quidem si radii visuales per pinnulas transmissi urbem excedant, aquæ illius deductus agnoscitur esse possibilis,

Si vero radii visuales ad arcam aut urbem non pertinentes, sub illa ad montem tantum leuiter porrigitur, noris eo usq; nec altius quam fontis propositi adduci posse, & id tamen non satis fortiter. Quoq; profundius illis aquam emittas hoc celeri' rapidiusq; efflus et.

Id adeo hac tibi voluimus significare figura.



Quando utroq; hoc Problemate declarauit aquam ultra originem suam urgeri, & cogi nō posse, hoc modo intellige, q; suapte sponte altius origine non exurgit, ubi aut aquæ ductus per cannales vero artificio instruātur, illiq; iusta profunditate ponere cannales huiusmodi. Nā si vel minus vel nimis profunde ponantur, nulla planè sentietur eleuatio aquæ. Sed qua ratione per hanc artē possit debeatq; aqua altius deduci, forsitan proprio aliquo libello, quem de aquæ ductibus ædere decreui (si modo planè mecum constituerim huiusmodi quædam tantæ artis insignia artificia esse inuulganda) satis declarabo. Nunc satis sit, eius rei tibi iustum præbuuisse & exemplum vnicum, quod ex trino aspectu expertus ipse sum, namq; ego 800. punctis ex una ferè parte aquas altius adduxi, atq; hoc in latu intellege, si quando aquas 800. passibus ducere voles, tunc ultra Horizontem ipsius scaturiginis passo uno adducere poteris. Nec est quod dubites posse aquas ratione vacui, sine omni violentia directe in altum deduci, idq; sic posse perpetuo (singulis paribus) constare. Usq; adeo omnia in certo numero, iusto pondere, & vera mensura Sap. 11. cōstituit Deus, quod vel in hac una arte cernitur apertissime, quamobrem in magno honore habenda est.

PROBLEMA XI.III.

Edificiorum altitudines quomodo aut per speculum planum aut aquam stantem dimetiaris?

Res omnis corporea, quum vel super speculum vel aliam materiam politam eleuatur (quamvis illi non sit omnino proxima) cadit super planum siue superficiem speculi

orthogonaliter, & sub plano speculi tāta apparet profunditate, quanta est illa super speculū eleuata. Nō est ergo qd̄ aliter cogites quū vides ædificiū vel rē aliā quāctūq; in speculo, q; speculū ita esse perspicuum vt vitrū, sicq; viideas summitatē Turrī per vitrū, quasi turrī deorsum stet perpendiculariter p vitrū.

Hæc melius ex hac figura imaginare poteris.

E Dimen-

